



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Capvt IV. Idem V. Archiepiscopo & Capitulo (a) Rothomagensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

CAPVT IV.

Idem V. Archiepiscopo Et Capitulo (a) Rothomagensi.

Ex parte tua, frater Archiepiscopo; Apostolicis auribus fuit intimatum, quod ad restaurandam fabricam Rothomagensis Ecclesiae tractatum communiter habuimus, te, frater Archiepiscopo, postulante, ut quilibet Canonorum tecum pariter aliquam suorum reddituum portionem operi tam pio, & necessario deputarent. Quia verò super hoc diversæ fuerunt inter vos; filii Canonici, & variz voluntates, ne tam laudabile opus ex vestra dissidentia negligatur, auctoritate præsentium duximus statuendum, ut si qui vestrum ipsius Archiepiscopi, & majoris, & senioris partis Capituli futuris super hoc constitutionibus duxerint resistendum, oblineat sententia plurimorum. Nalli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum v. idus Junii, Pont. nostri anno primo.

NOTÆ.

(a) **R**othomagensi.] Ita etiam legitur in cap. unic. hoc tit. in 4. collect. & in epistolis editis à Sireto, fol. 115. ex quo codice ita restituere hujus textus. Praetens decisio missa est Theobaldo Præsuli. 33. Ecclesiae Rothomag. ut refert Chenu in serie Præsulum ipsius Ecclesiae, fol. 82. De ipsa Ecclesia Rothomag. nonnulla notata in cap. 24. de rescript.

COMMENTARIUM.

Cum certum sit, Capitulum Ecclesiae posse statuta facere pro ejus regimine; ut probavi in cap. 2. cap. cum accessissent de consil. potest eti in quod reparationem Ecclesiae, quæ patuerant necessaria, statuere, cap. tua nobis, &c.

verb. sign. cap. 6. proprius, de rescript. lib. 6. docet Chopinus de sacra pol. lib. 1. cit. final. num. 14. Et licet in præsenti statuto, ut singuli videlicet pendenter aliquid pro reparatione Ecclesiae, seu fabricæ, videretur agi negotiorum, quod ad Canonicos tantum ad singulos spectabat, tamen quia nota erat justitia majoris partis, & agebatur de re valde pia, ideo docetur, factum à majori parte cum Archiepiscopo, exequi debeare, ex traditis in cap. 1. hoc ist. quod speciale est in hoc casu; alia enim regulariter verum est, id quod privatim omnes tangit, ab omnibus esse approbandum, atque ideo posteriori runc esse conditionem prohibentis, cap. quod omnes 29. cap. in re communis 56. de reg. vir. lib. 6. cap. ad hoc 7. in fine, de offic. Archid. 1. ult. C. de anclorū, prestand. prolequitur Gatanna in cap. 1. hoc tit.

TITVLVS XII.

Vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

CAPVT I.

Innocentius III. (a) Mediolanensi Archiepiscopo.

Verbum nostrum prodeat de Dei vultu judicium, & oculi nostri videant equitatem, viâ regiâ debemus incedere, nec ad sinistram omnino, neque ad dexteram declinare; ita magnum judicantes ut parvum, quia non est personarum acceptio apud Deum. Et infra: Quia post interdictum nostrum eis præsumpsisti tradere bullam, cum traditionem faltem debuisses differre donec nostrum consilieres beneplacitum, dil. f. I. Archid. & O. Lento Canonico Mediolan. dedimus in mandatis, ut si etiam post secundum mandatum, propter quod totius cognitio- nem negotii ad nostrum judicium revocavimus, id ipsum cognoscerent attentatum, traditionem sigilli decernerent irritam, & inanem, inlubentes H. ne quomo- dolibet